

# Caesar's De Bello Gallico I: Latin Text with Facing Vocabulary and Commentary

Imperator Iulius Caesar Divus<sup>1</sup>, Geoffrey Steadman<sup>2</sup>, David Steadman<sup>2</sup>

<sup>1</sup> Centro de Investigación y de Estudios Avanzados del Instituto Politécnico Nacional, Unidad Irapuato, 36821 Irapuato, Guanajuato, Mexico

<sup>2</sup> Cincinnati Public High School, Ohio, USA

**BACKGROUND:** Locutus est pro his Diviciacus Aeduus: Galliae totius factiōnes esse duas: harum alterius principatum tenere Aeduos, alterius Arvernos. Hi cum tantopere de potentatu inter se multos annos contenderent, factum esse uti ab Arvernis Sequanisque Germani mercede arcesserentur. Horum primo circiter milia xv Rhenum transisse: posteaquam agros et cultum et copias Gallorum homines feri ac barbari adamassent, traductos plures : nunc esse in Gallia [1] ad centum et viginti milium numerum. Cum his Aeduos eorumque clientis semel atque iterum armis contendisse; magnam calamitatem pulsos accepisse, omnem nobilitatem, omnem senatum, omnem equitatum amisisse. Quibus proeliis calamitatibusque fractos, qui et sua virtute et populi Romani hospitio atque amicitia plurimum ante in Gallia potuissent, coactos esse Sequanis obsides dare nobilissimos civitatis et iure iurando civitatem obstringere, sese neque obsides repetituros neque auxilium a populo Romano [2] imploratorios neque recusatorios quominus perpetuo sub illorum ditione atque imperio essent.

**MATERIAL & METHODS:** Unum se esse ex omni civitate Aeduorum qui adduci non potuerit ut iuraret aut liberos suos obsides daret. Ob eam rem se ex civitate profugisse et Romam ad senatum venisse auxilium postulatum, quod solus neque iure iurando neque obsidibus teneretur. Sed peius victoribus Sequanis quam Aeduis victis accidisse, propterea quod Ariovistus, rex Germanorum, in eorum finibus consedisset tertiamque partem agri Sequani, qui esset optimus totius Galliae, occupavisset et nunc de altera parte tertia Sequanos decedere iuberet, propterea quod paucis mensibus ante Harudum milia hominum xxiiii ad eum venissent, quibus locus ac sedes pararentur.

**RESULTS:** Futurum esse paucis annis uti omnes ex Galliae finibus pellerentur atque omnes Germani Rhenum transirent: neque enim conferendum esse Gallicum cum Germanorum agro neque hanc consuetudinem victus cum illa comparandam. Ariovistum autem, ut semel Gallorum copias proelio vicerit, quod proelium factum sit Admagetobrigae, superbē et crudeliter imperare, obsides nobilissimi cuiusque liberos poscere, et in eos omnia exempla cruciatusque edere, si qua res non ad nutum aut ad voluntatem eius facta sit (Figure 1). Hominem esse barbarum, iracundum, temerarium: non posse eius imperia diutius sustinere. Nisi quid in Caesare populoque sit auxili, omnibus Gallis idem esse faciendum quod Helvetii fecerint, ut domo emigrent, aliud domicilium, alias sedes remotas a Germanis petant fortunamque quaecumque accadat experiantur (Table 1). Haec si enuntiata Ariovisto sint, non dubitare quin de omnibus obsidibus qui apud eum sint gravissimum supplicium sumat. Sequanis vero, qui intra finēs suos Ariovistum recepissent, quorum oppida omnia in potestate eius essent, omnes cruciatus essent perferendi. His rebus cognitis, Caesar Gallorum animos verbis confirmavit, pollicitusque est sibi eam rem curae futuram: magnam se habere spem et beneficio suo et auctoritate adductum Ariovistum finem iniuriis facturum.

**DISCUSSION & CONCLUSION:** Hac oratione ab Diviciaco habita, omnes qui aderant magno fletu auxilium a Caesare petere coeperunt. Animadvertit Caesar unos ex omnibus Sequanos nihil earum rerum facere quas ceteri facerent sed tristēs capite demisso terram intueri. Eius rei quae causa esset miratus ex ipsis quaesivit. Nihil Sequani respondere, sed in eadem tristitia taciti permanere. Cum ab his saepius quaereret neque ullam omnino vocem exprimere posset, idem Diviciacus Aeduus respondit [3]: hoc esse miseriorem et graviolem fortunam Sequanorum quam reliquorum, quod soli ne in occulto quidem queri neque auxilium implorare auderent absentisque Ariovisti crudelitatem, velut si coram adesset, horrerent; propterea quod reliquis tamen fugae facultas daretur.



Figure 1: Marble head of Julius Caesar

Table 1: A time-line of the Roman empire at the time of Gallia conquests

Year	Event
60 BC	Crassus, Pompey and Caesar form a "triumvirate"
59 BC	Caesar is elected consul
57 BC	Caesar conquers all of Gaul killing tens of thousands of people
55 BC	Caesar fights German tribes and crosses the Rhine
53 BC	in the first war against Persia, Crassus is defeated and killed by the Parthians at Carrhae
52 BC	Clodius, the main defender of the plebeians/the Pompeian party, is assassinated by his rival Milo
51 BC	Caesar crushes revolt of Vercingetorix in Gaul
51 BC	Gallia Aquitania conquest
51 BC	Gallia Belgica conquest
51 BC	Gallia Celtica (Lugdunensis) conquest
50 BC	Roma introduces the gold coin "aureus"
49 BC	When the senate asks for his resignations, Caesar crosses the Rubicon and invades Roma
48 BC	Caesar defeats Pompey at Pharsalus and becomes sole dictator of Rome

## References

- [1] Hill TA et al., 2017, *Plant Genome*, 10(3). doi:10.3835/plantgenome2017.03.0026
- [2] Monroy-Barbosa A, Bosland PW, 2008, *J. Amer. Soc. Hort. Sci.*, 133(6):825–829
- [3] Arce-Rodríguez ML, Ochoa-Alejo N, 2017, *Plant Physiol*, 174 (3) 1359-1370. doi: 10.1104/pp.17.00506